Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio 3.

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

tradat. Haec de fine, nominib: et naa Dialectices, Vide Fonsec. 2. Meta. c. 3. q. 1. s. 2. et Conimb. in Logic. q. 4. prooem. art. 1.

## QVAESTIO. 3.a

## Quodnam sit subiectum Logices?

Pro huius q̃stionis explicatione notandum 1.mo subiectum tribus modis sumi. Primo pro altera parte propositionis de qua aliquid videlicet prædicatur. 2.do pro subiecto cui inhæret accidens. 3.o pro illa re circa quam versatur aliqua scientia. Primum subiectum prædicationis 2.dum subiectum inhæsionis. 3. subiectum attributionis de quo solo hic agimus. Cum n. scientiarum tractatores subiectum alicuius artis vel scientiæ inquirunt, non dubitant de subiecto inhæsionis, in quo videlicet ars vel scientia aliqua inhæreat, cum perspicuum sit eas omnes in intellectu inhærere, multo minus de subiecto p̃dicationis, sed tm̃ de subiecto attributionis ad quod videlicet cognoscendum sive etiam agendum aut efficiendum tota scientiæ cura refertur. Notandum 2.o subiectum huiusmodi attributionis 3plex ee; Adæquatum sive Totale quod scilicet omni ex parte respondet scientiæ, ita ut nec plura nec pauciora contineat, quam ipsa scientia. Partiale, q. nihil aliud est quam præcipua pars subiecti adæquati. Et minus partiale quod etiam partiale dr̃ et est quævis alia pars subiecti adæquati, vel aliquid aliud ad aliud quovis modo spectans. V. g. subiectum adæquatum Physicæ est corpus naale. Partiale est Coelum. Minus partiale Elementa, nix,

biectum 3plex cuiusq̃ scia
Prædicationis.
Inhæsionis.
Attributionis.

biectum attributionis 3plex
Adæquatum sive totale.
Partiale est p̃cipuum
Minus partiale, minus p̃cipuum.
Exempla.

plumia, motus, locus etc. Nos hic agimus de subiecto ad
æquato quod etiam simplex idem sine adiectione sub
iectum nominatur. Porro ad subiectum hæ tres con
ditiones requiruntur.

Prima ut sit unum quid, saltem eo modo ut definitione ali
quo modo una explicari possit, et ut propias affectiones
seu proprietates habeat, q de illis demonstrentur, sic
namq ars, omnisq scientia nunit unitatem ex unitate
subiecti circa quod versatur, idq curet, ut et naam sub
iecti, eiusq partium subiectam et affectionem omnium
tractet.

Secunda ut reliqua omnia, q in scientia tradunturs
ad illud aliquo modo referantur, sive ut partes constituentes
et subiecta, sive ut proprietates, sive ut propria et cæ
sive alia quamis ratione: et ut eius gra præcipuè con
siderentur, ut primum illud et secundum et secundum
suas partes cognoscatur plenè, hæc n. modo nihil nos
cognoscitur alienum à subiecto totiq scientiæ ac proinde
omnia ad unam eandemq scientiam pertinebunt.

Tertia, ut sicut q circa illud versatur, illius sane sicut
quatenus à cæteris scientijs, quemadmodum in. naales faculta
tes distinguuntur inter se ratione diversorum sensi
bilium, sicuti facultas Videndi, et Audiendi, quod
hæc circa sonum, illa circa colorem versetur: sic etiam
scientiæ distinguuntur inter se ratione diversorum ra
tionum, ut Geometria et Arithmetica, quod illa de
quantitate continua, hæc de discreta.

Notandum 2. Eqquam duob. modis spectari potest. 1.mo
absolute seu in se ipsa, quatenus indelitet sit scientia be
ne discendi, 2.do respectiuè, quatenus indelitet ab arte
tradita est in ijs lib. qui ad nos pervenerunt, hæc è, quateng
est ars vel scientia bene discendi.

Notandum 4.to de quæstione proposita tres præcipue et sectas.

3. Conditiones adeq: sumpte Gamb. fol. 47. q. pe

1.a Conditio.
ut sit unum vel unitate rei cæ, vel unitate Analogiæ vel ma
nitatis. vel unitate subiecti et ad
ea Compbus fol. 47. q. prima.
Hic de quinq subiecti erga
debent scientia, eius pa
ce affectiones.
Eumeram quid definio
Partes, divisio,
affectiones et accidentia.

2.a Conditio.
Ut cætera q in scientia tra
tur. ad illud referantur.

3.tia Conditio.
Ut scientia per illud et e
modo, quo ipsum tractat,
liquis distinguatur.

Equa duob. modis spectari
absolute aut in se ipsa.
aut
respectiuè.

batur, quod ens rationis sit subiectum adaequatum.

rationis est cuius esse dependet a operatione intellectus obiectiue.

Ita argumentatur esse subiectum.

Ita modum esse discurrendi.

negatur, quod ens rationis sit subiectum adaequatum

absolute vel in se consideratum rationis nidelicet, ad Metaphysicam.

ectum simpliciter non est adaequatum subiectum, cum ita omnia entia comprehendat, quod est ratio 3.ae Conclusionis. adaequ. subiect.

Entia rationis triplicia.

Dialecticum.

rammaticum.

rationis tertium.

nec quidem ad Logicam aliquo modo quatenus facit ad cognitionem modi discurrendi.

ens non hic aliud esse quam obiectum:

ens reale non dependet ab esse intellectus obiectiue, sed habet aliud esse quam sic obiectum.

Nexus Crumb. fol. 100.

Prima est: subiectum adaequatum Logicae esse ens rationis; quae sententia probari potest inductione eorum quae in Logica tractantur, nam Universale, genus, species, differentia, et reliqua fere omnia entibus rationis, non autem realibus annumerantur, quippe cum ea rationis quae talia sunt, ab operatione intellectus dependeant. Secunda est: Alberti Magni qui argumentationem ait esse subiectum Logicae, cum quo ferme convenit Scotus, qui existimat esse Syllogismum. Tertia est, modum discurrendi esse subiectum Logicae.

Conclusio 1.ma Ens rationis non est subiectum adaequatum probatur, quia nec consideratur ens rationis absolute seu in se, id est, ratione naturae suae principiorum et affectionum, quae ratione non ad Logicam sed Metaphysicam aliquo modo pertinere, etiam primae sententiae auctores dicunt: Vel respective, ratione nidelicet scientiarum vel artium, quib. inserunt, sed hoc modo spectatum non est subiectum adaequatum Logicae, quia hoc modo consideratum ens rationis vel ita late sumitur, ut comprehendat omnia omnino entia rationis nidelicet et ea quae fundantur in rerum natura quae cognoscuntur res ut sunt cognitae ab intellectu, qualia sunt entia rationis Dialectica, Et ea quae fundantur in voce pendentia ex hominum institutione ac voluntate, enumerari sunt entia rationis grammatica, vel paulo strictius sumitur pro ente rationis tertium. quod in ipsa rerum natura fundatur et consequitur res quatenus mente tractantur, si priori modo sumatur, latius patet, quam Logica: si posteriori pertinebit quidem id ad Dialecticam, quatenus facit ad cognitionem modi discurrendi non tantum vel principaliter, cum Dialectica, et quidem principaliter agat de modis discurrendi qui non sunt entia rationis sed entia realia et vera. Unde efficitur ens rationis quocunque modo sumatur non est adaequatum subiectum Logicae, cum vel nullo modo consideretur a Logica vel Latius patiat, vel ning late a

Logica consideretur ut patet ex dictis.

Ad probationem primæ sententiæ respond. Dialecti-
cam agere quidem de genere, et cæteris entibus rationis, non
tamen tantum, nec principaliter, ut iam diximus, neq etiam per se, ui-
delicet tradendo cognitionem relationum rationis, sed per accidens
tantum, quatenus duntaxat docet conficere modos disserendi
quib. aptè disseramus, quib. modis entia dicta rationis in-
seruiunt.

1.ma sententia probatur.

Entia rationis modis disserendi tum inseruiunt.

Conclusio 2.da Si Logica spectetur 2.do modo, ut ab Arte
tradita est in ijs lib. qui ad nos peruenerunt, subiectum
adæquatum eius est Argumentatio, principale verò
Syllogismus. Prior pars huius Conclusionis probatur;
quia omnis et sola argumentatio ex instituto traditur
ab Arte id quod inductione patet. quia Liber præ-
dicamentorum nil est aliud quàm seminarium
quoddam vocum omnium simplicium, ex quib. con-
nectuntur omnia enunciationum genera. In li-
bris verò de interpretatione agitur de enunciatio-
nibus, ex quib. confici solent omnia argumentorum
genera. In reliquis aut. libris de Sylligismo ac argu-
mentatione omnibusq argumentationum formis
tam simpliciter et abstractè, quàm concretis
ad certam fram. De diuisione autem et definitione
disputat non per se, hoc est, quatenus sunt per se mo-
di disserendi; illa quidem confusione mentem liberandi
hæc verò perfectam naæ cognitionem pariendi. Sed obiter
et quatenus argumentationi subseruiunt, id est, quateng
sumuntur ad aliquid probandum. Posterior pars Con-
clusionis etiam probatur; quia Syllmus est principia et
nobilissima quædam pars Argumentationis, ad quam re-
liquæ argumentationum formæ, utpote à qua uim colli-
gendi accipiunt, reuocantur. Unde etiam in Epilogo

quateng Argumentatio est subiectum, dum ab Arte tradit Logica.

Liber prædicamentorum continet voces simplices, ex quib. enun-

Liber de interpretatione enunciationes continet: ex quib. Argu-

Reliqui libri Syllogismum et argumentationem.

Diuisio et Definitio per se sunt modi disserendi

Diuisio confusione mentem liberat.

Definitio perfect. naæ cognitionem parit.

totius Logices de Syllogismis dr̃nam se tradidisse concludit Artes.

Conclusio 3.tia Si Logica sumatur primo modo, id est, in se ipsa, non ut ab hoc aut illo Authore traditur, eatenus subiectum eius adaequatum est modus disserendi, sive oratio qua incognitum ex cognitis aperitur. Probr̃ 1.mo ex proprio fine Logices. Proprium 2. et adaequatum cuiusq scientiae subiectum illud est, ad quod cognoscendum, sive agendum aut efficiendum tota scientiae cura dirigitur. Sed ut q̃stione secundâ dictum est Logicae proprius finis est in quem tota ipsa incumbit, nihil est aliud, quam formas oēs seu modos disserendi ignotiuè ex notis oratione declarandi tradere, q.o modus disserendi est adaequatum Logicae subiectum. Probr̃ 2.do ex conditionib. subiecti adaequati, quas antea posuimus, nam imprimis modus disserendi est quodammodo unum quid, quodq definitione aliquo modo una sic explicari pt̃; Modus disserendi est oratio qua ex notis ignotum declaratur. Deinde quidquid traditur in Logica aut est modus disserendi V.g. Diuisio, Definitio et Argumentatio, aut ad illum reuocatur, et illius grãa praecipuè tractatur, vel ut pars, ut nomen, verbum et enunciatio, vel ut proprietas, ut gignere scientiam, gignere opinionem. Deniq rationē modorum disserendi distinguitur Logica à caeteris scientijs q.o modus disserendi est adaequatum subiectum Logices. Hic obserua orationem istam, quam constituimus subiectum, in tria membra diuidi, in eam videlicet orationem quae explicat quid res sit, et appellatur definitio; in eam, quae explicat, quas partes ambiat et contineat, et appellatur Diuisio: Et in eam q̃ confirmat propositionem aliquam, de qua existit dubitatio, vocaturq Argumentatio.

Dubium

...ia ad in se ipsa spectata subiectum adaequatum est. Mod. disser.

...prium alicuius scientiae subiectum ...ale debeat esse.

1.ma Condit:

...n quid, quod definitione aliquo modo una explicari pt̃.

2.a

...dquid tractatur in aliqua scientia ...illam debet reuocari.

3.a

...alijs scientijs debet distingui.

...res sit explicat definitio ...partes ambiat, diuisio. ...confirmat propositionem ...uam. Argumentatio dr̃.

Quænam orãõ illigenda sit, quando dicimus subiectum Logicæ ẽẽ orãõem, qua incognitum ex cognitis aperitur, mentalisne an vocalis, an scripta, an orãõ in cõi id est, quæ de omnibus dicatur?

Ad hoc dubium respond: illigendam ẽẽ orãõem in communi p̃cipuè tñ mentalem, uti colligitur ex Arte l. 1. de interpretatõe c. 4. et l. 1. posterior. Analit. c. 8. alijsq locis Aristotelis, rãõ verò eur potissimum orãõ mentalis illigenda sit, hæc est, quia Dialectica cum ad rãõis vitia corrigenda inventa sit, in dirigendis proprijs actibus rãõis p̃cipuè versatur, nec ad voces et scripta descendit, nisi quatenus instituit in rãõe agendi cum altero. Hinc quoq duplex duplex discrimen inter subiectum Logicæ, Grammaticæ, et Rhetoricæ colligitur, Alterum est, quòd subiectum Grammaticæ et Rhetoricæ sint orãões externæ tantum: Logicæ verò subiectum sit præcipuè orãõ interna. Alterum, quòd in ipsa etiam oratione externa, q̃ ab omnib. etiam tractatur, Grammatica solam integritatem consideret; Rhetorica solum ornatum, Logica verò ipsam rei incognitæ ex cognitis declarandi vim q̃ est quasi rãõ et mens orãõis. Hic tñ observandum, licet mentalis orãõ præcipuè à Logica consideretur nihilominus quia externa orãõ magis patet et in disputatione cum altero prorsus necessaria est, Idcirco subiectum Dialecticæ de quo huius artis Tractatores apertè disserunt, potius constitutum esse modum disserendi externum, quàm internum, et inter vocalem potius, quàm scriptam, eo quod vocalis orãõ multo notior, et usurpatior sit quam scripta. De hac q̃stione videte Fonsec. 2. Meta. c. 3. q. 1. lect. 5. et Conimbricenses q. 5. proœm. art. 3.